



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De infantibus si certos testes habere non possunt, eos non esse  
baptizatos. xlv.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

De illis qui aliquam habent dubitationem baptismatis, ut rebaptizentur. Cap. XLIII.

**Ex decr. Leonis papae, ad Rusticum Narbonensem episcopum missis, ca. 27.** **S**I nulla existat indicia inter propinquos aut familiares, nulla inter clericos, aut vicinos, quibus hi de quaeritur baptizati fuisse doceantur, agendum est ut sciantur, ne manifeste pereant. In quibus quod non videtur gestum, ratio non finit ut videatur iteratum, autem possunt meminisse quod ad Ecclesiam venientes cum parentibus suis, possunt recordari an quod eorum parentibus dabatur acceperint. Sed si hoc etiam ab ipsa memoria alienum est, conferendum eis videtur, quod certum esse nescitur, quia non temeritas interuenit praesertim, ubi est diligentia pietatis.

De infantibus si certos testes habere non possunt, eos non esse baptizatos. Cap. XLV.

**Ex concilio Africano, no. ca. 39.** **I**tem placuit de infantibus quoties non inueniantur certissimi testes qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi sunt per artem, de tradendo sacramentis idonei respondere, absque ulla scrupulorum purgatione priuari. Hinc enim legati Martini fratres nostros consuluerunt, quia multos tales a barbaris redimunt.

De presbyteris per quorum negligentiam sine baptismo aliquis mortuus fuerit. Cap. XLVI.

**Ex decr. Sixti papae, cap. 5.** **P**erpendant presbyteri quanti discriminis sit animarum innocentium per eorum negligentiam a regno caelorum excludit. Si enim gaudium est in caelo super uno peccatore poenitentiam agente, quid putas, quanta ira & indignatio super illum erit, qui per suam negligentiam iam in inferis clauditur? Et ideo presbyteri summa diligentia caueant, ne animas pro quibus sanguis Christus effusus est, per suam incuriam a caelesti beatitudine sepeperant, sed si, quod absit, euenerit, graui poenitentia iuncta vitam suam se submittat, per cuius euenerit neglectum.

Ut nullus presbyter in propria prouincia, vel in alia, quam infirmo baptismum denegare praesumat.

**Ex decr. Martini papae, ca. 3.** **Capitulum XLVII.** **Q**uicumque presbyter in propria prouincia aut in alia, vel ubicumque inuentus fuerit, commedatum fuerit